



S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Hermenigildus Rex. Desiderium martyrii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)

terrisin
III ele-
difficili-
nos 21,
ejus no-
tus, de-
minavit,
4; & per
m anni
scori he-
umpent
, qui se
ogressus,
ire præ-
be mira-
e inferico
, præda-
ris, cædi-
gia scrip-
onumen-
am apud
us, sepul-
700 ele-
epertum
Deicor-
lumna



S. HERMENIGILDUS REX.

Desiderium martyrii.

Deus, qui B.HERMENIGILDVM cæ-
lesti regno terrenum postponere do-
cuisti ; da, quæsumus, nobis ejus
exemplo caduca desplicere, atque
æterna sectari.

Ora pro monarchia Hispanica



HERMENIGILDVS, cum fratre Recaredo Rex creatus à patre Leovigildo, uxorem perierat Ingundem, Sigeberti Francorum Regis filiam. Hæc viro dotem attulit meliorem quam socer Arianus intenderat. Catholicam fidem: quam, ipsa suadente, & S. Leandro Episcopo docente, sic amplexus est, ut nullis patris impiis blanditiis aut minis, vel etiam injuriis, potuerit ab ejus professione publica dimoveri. Videns ergo vim sibi à patre paratam, conscientia libertatem putavit se posse etiam armis tueri. Sed his inferior, cum anni unius obsidionem Hispani sustinisset, seque tandem inde subduxisset perfugam; ab hac retractus, & regis spoliatus insignibus, in vincula conjectus est. Verum liber animus vinciri nequivit. Instabat Paschale festum, 14 Aprilis anni 586 celebrandum. Immittitur ad eum Arianus Episcopus, patris gratiam & regnum cum sacri legi ritus communionem oblaturus. Utraque is respuit, & maluit caput ferendum securi præbere: dignus cujus funus Angelico cantu & cælesti lumine celebraretur, sicut Gregorius Magnus tunc vivens scripsit, ex relatione S. Leandri.

Mihi vivere Christus est, & mori lucrum.
Phil. 1.